



Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

29. Fallentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

29. Fallentia.

Vigesimonono fallit in articulo necessitatis in quo licitum est confiteri laico, ut voluit gloss. quæ ad hoc solet allegari, *in cap. pastoralis. §. præterea de offic. ordi. cui concor, glo. fin. in ca. 2. de pœni. & remis. lib. 6. & in cap. a nobis. in 1. de senten. excom. & in cap. veniens. de transact. & in cap. inferior. 21 distinct. Sicut. in cap. quanto de consuetud. Hosti. de pœni. & remis. §. cui confitendum. 2. col.*

Sed secundum veriore opinionem Scoti Richar. & communiter Theolog. qui non teneatur ad hoc de necessitate, bene tamen esset utile ex materia verecundiæ quæ est una pœna debita pro peccato, & sic bonum esset consilium secundum *Ang. in cap. quem pœnitet. de pœnis distinct. 1.*

Sic in necessitate laicus potest baptizare. *de consecrat. distinct. 4. cap. in necessitate. 30 question. 3. super quibus aliter cessante necessitate peccaret mortaliter argum. cap. 1. de Cle. non ordi. ministran. Immo, in casu necessitatis quilibet tenetur baptizare, alias peccat mortaliter secundum Doctor. de quo. in cle. 1. de bap. & ejus effectu.*

30 Fallentia.

Trigesimo fallit in laico quando sibi delegatur causa civilis clerici, quod de jure fieri potest secundum gloss. *in capit. decernimus. de iudi.*